





55

Infelicem Literatum,
Desperationis Tenebris oblitteratum
JOACH. GERHARDUM
RAMUM,

Glückstad. Holfatum, L L. Studiofum,
prope Wittebergam Ramo Arboris

d. 29. Januarii 1688.

fese alligantem

Omnibus Musarum Surculis
in Terrorem perpetuum
fistit

M. Christianus Gotthülff Blumberg,
Obhusâ-Thuringus, S S. Theol. Stud.

32

34
56



Intelligenzblatt

Delphischerischer Nachrichten

JOACHIM GERHARDT

RAMM

Glückstadt, Holstein

propz Wittenberg Anno 1788

5 22 Jan 1788

Die

Omnibus Ministeriis

in Terris perpetuum

M. Christianus Gottlieb Mühlberg

Opus Pharmaceuticum





Siccine Nominibus adhærent Omina?
Videtur & hic Natura, si quid sentiendum, maturo
Juvenis hujus Nomen imprægnasse Omine:
JOACHIMI, inquam, GERHARDI RAMI.
Ramus namque hic Ramo alligatus,
imò Ramus infelicissimæ Arboris
factus conspicitur.

Quid causæ subesse putas?
Num atræ bilis exuberantiam Candorem
Juvenis hujus exuperantem accusas?
Aut singularia Totius sui Generis fata immista
putas?

Sed quiesce paululum!
RELIGIO RELIGIO
ad Restim eum Relegavit.
Quomodo RELIGIO?

Hæc religat potius ceu vinculum avulsos peccatores,
non relegat?

RELIGIO, inquam, Infanorum **PRVDENTVM.**
Quæ ipsum & Religavit & Relegavit,
Religavit vinculi ad instar, Judamque hunc exsucæ
alligavit Arbori.

Relegavit eundem ad Socios.

Fuisti

Fuisti itaque
amœnissimo quidem Minervæ horto
infectus,

inamœnæ tamen Arboris

RAMVS.

Neque enim quilibet hortus fructuosus
superbit Arboribus.

Fuisti

Ramus inutilis,

utpote sine fructu.

Succum equidem, hoc est, lacrymas emisisti,

Quæ utinam furoris Tui flammam
tam exstinxissent

quàm inflammaverunt!

Quid Succus absque Fructibus?

Florebas quondam mecum juxta in florentissima

AFRANA,

Sed Floruisti!

Ita quidem,

Vt nunc demum in Flore Tuo profus deflorueris!

Florente Felicitatis vere ferè equidem

florebas:

At nunc demum

nontam ferè

quàm verè eheu!

& Flore & vigore excussus

in media desperationis nive

defloratus ac flaccidus hæres!

Hæres

Hæres, inquam.

Quomodo?

Ferè an verè ut hæres vitæ?

Non facilè quid hîc dixerim.

Hæres tamen ut temporalem & immortalem
contemnens vitam.

Quomodo hæredem Te constitues,
qui immortalitatem & Hæreditatem

Animæ Tuæ denegas?

Sed hærentes in ligno

non Hæredes

sed Exhæredes

hoc est,

Maledictos

salutat Scriptura?

Infelix igitur felicis Patriæ

exististi surculus.

Quamvis Te Patria felicem

fausto satis omine nominarit,

Et Tu ipse quoque

infelicem extremi halitus diem

indigites felicissimum.

Quò ruis infelicissima ista Tua felicitate?

Si vera Tua est Felicitas,

quis invidabit?

Sed

Quâ ratione Te florere posse existimas

Arbori

frigore constrictæ Sarmatico insertum?

Pen.

Pendentem Te videmus

nontam

infertum,

quam

desertum.

Devorat Flores inclementior vis hyemis.

Et jam Te quoque proh dolor!

Flore juxta ac vigore

antea superbientem

RAMVM

succo spoliavit ac sanguine

hyemalis Tempestas.

Literæ quoque ac depressæ Musæ

properantibus hisce Tuis

succensent Fatis.

Hæ enim in longam Temporum seriem

longè Te celeberrimum augurabantur.

Sed heu!

Longam Te jam intuentur Literam!

Execranda Tua Celeritas

futurae obstitit Celebritati.

O infelix Literate!

Non literis, ut quidem debebas.

Sed desperationi litasti!

Ex merito ergò pallet

atra tantoque vulnere confossa Mater

AFRA.

Et

Et fecunda Apollineæ Sobolis Nutrix

LEVCOREA

Cum suavissima Sorore

PHILVREA,

Quæ Amicos nos quondam

inimica vi jam avulsos

conjunxit, sejunxit,

amaris genas rigat lacrymis,

Inunc & quære

Florentem istum,

quem cogitationes Tuæ quærebant,

statum!

Quem si non inveneris,

RELIGIONEM Tuam PRVDENTVM,

Infanorum, inquam,

accusa & cogita,

Istam amplexari

Religioni Te non duxisse.

Floreat interea

meliori succo inebriati

Minervæ Flores!

Surgant

de meliori luto formati Surculi in Ramos!

Ramos, inquam,

non

suspensos,

flaccidos,

steriles

exsuccos,

sed

sed
rectos

&
erectos!

Imò & in Arbores!

Arbores quidem,

non
putridas,
fallaces,
succumq; mentientes,

sed
fructuosas,
dites,

optimoq; succo
turgidas!

Ne Respublica literaria imposterum

Longas
Religiosos
Flores
Felicesque

ejusmodi

literas,
Re. & Alligatos,
defloratos,
infelices.

quorum FINIS & FVNIS & FVNVS,
unquam experiatur!









Ye 3447

ULB Halle 3
003 033 120




Sb.

V317

03, 2001 Bd.





Infe
Desperatio
JOACH.

R
Glückstad. H

prope W
d.

Omnibu
in

M. Christian
Obhusâ-

32



55
DUM

sum,

erg,

34

